

CÉSAR *Commentarii de Bello Gallico*, VII, 88 :

Victoire romaine à Alésia.

Accelerat Caesar, ut proelio intersit. Ejus adventu ex colore vestitus cognito, quo insigni in proeliis uti consuerat, turmisque equitum et cohortibus visis, quas se sequi jusserset, ut de locis superioribus haec declivia et devexa cernebantur, hostes proelium committunt.

Utrumque clamore sublato excipi rursus ex vallo atque omnibus munitionibus clamor. Nostri omissis pilis gladiis rem gerunt. Repente post tergum equitatus cernitur. Cohortes aliae adpropinquabant : hostes terga verterunt. Fit magna caedes.(...) Pauci ex tanto numero se incolumes in castra recipiunt. Conspicati ex oppido caedem et fugam suorum desperata salute copias a munitionibus reducunt. Fit protinus hac re audita ex castris Gallorum fuga. Quod nisi crebris subsidiis ac totius diei labore milites essent defessi, omnes hostium copiae deleri potuissent. De media nocte missus equitatus novissimum agmen consequitur : magnus numerus capitur atque interficitur ; reliqui ex fuga in civitates discedunt.